



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Avla ... Thesavorvm Dei In Passione D. N. Iesv Christi
Effusorum ad Resvrrectionem Mvltorum**

Eyschen, Georg von

Coloniæ, 1657

§. 231. Dicentes: Alios falvos. v. 35.

urn:nbn:de:hbz:466:1-45549

tus spectandi à pueritia se prodens, videtur à natura inditus esse, quod sensus nostri perceptione objectorum quasi mulcetur, juxta illud Aristotelis, omnis homo naturaliter ferre desiderat. Accedit tamen sepe ad hunc-
tutæ impetum amor fieriandi, imo otiositas.

E Gredere & tu anima mea, egredere & contemplare in monte Calva-
ria in Cruce pendentem Iesum, considera & intue te bene & exacte
ora ibi dignum objectum est. Ecce beatos pedes, venerandas manus, be-
nigna brachia, amabile pectus, humi te proice & adora, quia Deus est, et
iam cum Maria pedes osculare, quia summus pontifex est, huius manus pre-
hensa, quia dominantium Dominus est, in brachia huius invola, quia pater
est, in huius pectus incumbe, quia sponsus est. Inspice vulnera pendentes,
vulcera miserentis, sanguinem mortentis, pretium redimentis. Hæc quanta
sunt cogita, hæc in statu tua cordis appende: ut totus tibi figuratur in corde,
qui pro te totus est affixus in Cruce.

¶. 230. Et deridebant eum principes cum eis, v. 35.

Principes & populus, Dominus & servus. Rabbini synagogæ & sci-
bæ in Lege docti, cum suis discipulis seniores, cum junioribus pueri, cum
Solemorum & exul omnis natio & populus; gentilis & Iudeus: eum popu-
li Iudeorum, impostoremque vocitabant. Enegritum sane Regem
Iudeorum: Enegrium Messiam & similia, ridicule vociferabantur. Alii
thelauros ab eo requirebant, antequam moreretur. alii ubi regni sui pro-
res essent. Alij adorantes simulare orabunt ab eo promoveri ad officia.
Alius dicebat: quid iste esset filius Dei? filius Diaboli. & talia horrenda-
que ac tacenda. Denique etiam garriebant, ecce nunc sedem majestatis oc-
cupat inter duos Iudeorum nequissimos. Et qui Cæsari tributa dari tam
sollicite defensabat, iam Cæsaris autoritate sentit sibi tributum mortis
imponi; iam à Cæsare sui favoris in ipsum indicem remunerationem pro-
motionem accepit.

O Animæ Deo dilectoræ, nolite obsecro scandalizari in eo, qui in signo
deo maledicitur, iste brevi regnabit à signo. modicum expectate &
facies vestra non confundentur. Ista probra sunt semper gloriae iam, iam &
hac die seculura & manifestanda. expectate feramus moram breviculari
abundantia præmij compensabit doloris intentionem.

¶. 231. Dicentes: Alios saluos fecit, v. 35.

Nisi in comedis quivis proprium peculiaremque modum perfer-
re

sua exhibendæ congruentem habere tolerat: ita in hac actione plebs & principes eius ad calumnias, injurias & blasphemias Christo interrogandas fere gravissimè exercent, ratiocinantes tanto maiorem se honorem relatuos, quanto immanius Christum calumniari potuissent unus dicebat: *Alio salvos fecit, se ipsum salvum faciat,* si operæ pretium velit facere in salute danda, alii dicebant: *descendat nunc de Cruce.* Alii dicebant: *se filium Dei vocavit,* quare nunc non liberat eum: iste Deus? alius dicebat: *si tu es Christus, descend nunc de Cruce.* Quotum autem hæc? Et ejustam manifesta miracula, quæ videri potuerant esse divina, non pro miraculis veris habeantur apud populum; sed pro præstigiis & fascinationibus, apud te ita cogitantes: si non se salvum faciat, descendendo de Cruce, quod non facier, quia uti Christus Messias mundi Salvator manebit in Cruce: saltet persuadetimus populo eum non esse Messiam, & per consequens nulla vera miracula perpetrasse, & ita impostorem fuisse, & bene à nobis adjudicatum morti.

Ecce, venisti anima mea ad locum jaculi: *Ecce ibi est sagitta porro ultrare, id est captam quidem tuum multum excedens sive species intelligentiam, sive praxim & sequelam.* Sed confide, si Dominus querere dabit, etiam dabit invenire & colligere & intelligere, *festina igitur vel citer,* ne steteris collige sagittas & adfer ad Dominum tuum omnia enim hæc ad tuæ salutis augmentum sunt, & ad eius laudem & gloriam, qui pro te pertulit unita. Ille permisit sibi sua benefacto exprobrari, nec tibi tua male facta, post baptizatum, post pœnitentiam in suo nomine dandam, exprobrari possent, &c. etiam ut fere posles, si quandoque de bono operelapideris, gratiam procuravit.

§. 232. *Se salvum faciat.* v. 35.

Verbum est irrisorie permittentium, hortantium, imo petentium, etiam impetrantium, nempe, si potest, non potest autem, et si vellet, nimis arctè illum clavi tenent &c. Ficta fuit salus, quam aliis dedit, detestata sunt veritatis eius, in nostro examine. Plebs simplex delusa est, nos penetravimus fundum imposturatum, ut omnes vident, imo ipse sentit & persentit.

Ecce, anima Christiana, Deus tuus est passus calumniam, quid tibi simile illius exprobationibus potest evenire? & tamen ille tulit, tacendo. Quid tus facies? imo quid facis in minoribus multo casibus? clamans, impletas civitatem, quiritaris per viciniam omnem, Dei hominumque fidem obtestaris & excitas. Sed neque ab igne cœlesti à tonitru & fulmine, &